



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 84. Bella in variis locis per Calvinistas accensa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

ret, in Aquitaniam contendere statuit, Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.  
tutum ibidem recepturus asylum, eo-  
quod ejus frater Navarræ Rex hujus  
Provinciæ Gubernator esset: Castillio-  
næus vero juxta Reginæ mandata in  
Normanniam fecessit, datusque literis  
eandem monuit, si Regem, Regnumque  
salvum cupiat, edicta in Protestantium  
gratiam promulgata religiose servari cu-  
ret, poenasque innocentium intermitti  
præcipiat: ipse vero in omnibus mari-  
timis urbibus, in quibus ob muneric  
sui dignitatem imperandi potestate pol-  
lebat, novæ sectæ dogmata publicis ser-  
monibus in vulgus spargi jussit, suum-  
que spuriæ reformationis studium us-  
que ad Rothomagenses quorumdam  
Ministrorum opera usus insuperhabitibus  
regiis edictis extendisset, nisi præcipui  
Senatus Patres Aulæ mandata saltem  
exterius, palamque in effectum deduci  
curassent, quamvis aliunde rebellibus  
clam faverent.

### §. LXXXIV.

#### *Bella in variis locis per Calvinistas accensa.*

Ceterum Delphinatus, Provincia, a- *La Popelin.*  
liaque regni loca iisdem quoque tu- *l. 6.*  
multibus agitabantur; quippe Carolus *Bez. hist. l. 3.*  
Podiensis Montbrunius in Delphinatus *p. 347. &* *Suv.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. C c Pro-*

**Sæcul. XVI.** Provincia, utpote Genevensibus magis  
A. C. 1560. vicina Calvinistarum Ducem agens plu-  
*Thuan. l. 25.* res occupabat urbes, totamque regio-  
*Davila l. 1.* nem devastationibus longe, lateque e-  

*p. 59. & 60.* mensus est, postquam vero Maugironus  
*Belcar.com.* amoto Claramontio Comite Regis Le-  
*l. 28. n. 60.* gato in opem cum veterano milite e Sa-  
 baudia evocato accurrerat, ac se se Caroli  
 ausibus opposuerat, omnes seditiosi fue-  
 re dissipati, exceptis quibusdam Vallis-  
 Pragelasiæ rebellibus, qui in Pede-  
 montio contra Ducem suum unacum  
 Valdensibus seditionem concitabant,  
 eumque compellebant, ut cum illis pa-  
 cisceretur, cum interea Montbrunius  
 se se conjungeret cum Viscantini Comi-  
 tatus incolis, qui contra Papam arma-  
 sumebant, falso usi prætextu, quod il-  
 lius Prædecessores olim hunc Comita-  
 tum Raymundo Tolosano Comiti eri-  
 puissent. Attamen Turnonius Cardi-  
 nalis Montbrunii Avunculus Roma re-  
 versus hoc dissidium composuit, nec ta-  
 men propterea præpediebatur, quo mi-  
 nus ejus Nepos paulo post Malinio con-  
 tra Lugdunensem urbem, in qua hic  
 Cardinalis erat Archiepiscopus, tumul-  
 tuanti faveret: insuper Paulus Muven-  
 tius Provinciam longe crudeliorem in-  
 modum devastabat, donec tandem Ten-  
 dæ Comes hujus Regionis Guberna-  
 tor, neçnon Garda Comes Catholicis  
 sup-

magis  
s phu-  
regio-  
ue e-  
ronus  
s Le-  
e Sa-  
Caroli  
f fue-  
allis.  
Pede-  
acum  
pant,  
s pa-  
nius  
Comi-  
arma  
od il-  
mita-  
er-  
ardi-  
a re-  
ec ta-  
o mi-  
con-  
a hic  
mul-  
iven-  
m in  
Ten-  
erna-  
licis  
sup-

suppetias ferrent: pariter Joanna Albre-  
ta Navarræ Regina non modo in suis di-  
tionibus, sed etiam in Aquitania adul-  
terinam reformationem haud minori sæ-  
vitia propagare satagebat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

### §. LXXXV.

#### *Lotharingii Cardinalis consilium de Inquisitione in Galliis stabilienda.*

Interea Lotharingius Cardinalis tot ca-  
lamitatum, ac malorum magnitudi-  
ne commotus, tam gravi agitabatur  
follicitudine, ut sibi omnino persuasum  
haberet, quod hisce tumultibus haud  
efficacius opponi posset remedium, quam  
ipsum Inquisitionis tribunal juxta ean-  
dem formam instituendum, qua nuper  
a Paulo IV. & Philippo II. in Italia, &  
Hispania confirmatum fuerat: verum  
hujus consilii executio non eadem faci-  
litate in Galliis, uti in præfatis hisce  
duabus ditionibus urgeri poterat; quip-  
pe præter diversum Gallorum genium,  
ac indolem hærefis ibidem tam altas  
jamjam egerat radices, ut medium a-  
deo violentum sustinendo impar esset.  
Insuper minus adhuc Gallis arridebat  
hoc tribunal, si juxta normam alibi in-  
stitutam introduceretur, cum exinde  
Episcoporum, ac Magistratum jurisdi-  
ctio labefactari videretur: hi vero  
C c 2 jam